

# EVCCLIDIS

## ELEMENTVM

### SEXIVM.

#### DEFINITIONES.

I.

**S**imiles figuræ rectilineæ sunt, quæ & angulos singulos singulis æquales habent; atque etiam latera, quæ circum angulos æquales, proportionalia.

2.

Reciprocæ autem figuræ sunt, cum in vtraque figura, antecedentes, & consequentes proportionum termini fuerint.

3.

Secundum extremam, & mediam proportionem recta linea secta esse dicitur, cum ut tota ad maius segmentum, ita maius ad minus se habuerit.

4.

Altitudo cuiusque figuræ est linea perpendicularis à vertice ad basin deducta.

5. Pro-